

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196**

**Lugo, Juan**

**[S.l.], 1632-1633**

Conclvsiones

[urn:nbn:de:bsz:31-116360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116360)

# CONCLUSIONES.

## De Peccatis.

1<sup>a</sup>

Moralitas alia formalis, alia obiectiva. Formalis non semper est essentialis, vel aequate intrinseca actui voluntatis, sicut nec libertas actualis, quae etiam potest intrinsece, aliam denominationem extrinsecam: quare, eodem numero actus, qui, nunc est liber, potest fieri necessario, vel e contra.

2<sup>a</sup>

Moralitas obiectiva tenet se, ex parte obiecti, & sumitur ex quantitate bonitatis, quam obiectum habet comparatum cum obiecto contrario, & in ordine ad naturam naturam. Illud etiam obiectum est malum, quod opponitur bono necessario, illud est bonum, quod non opponitur bono necessario, & aliunde habet bonitatem dignam affectu naturae humanae: nec sufficit ad honestatem considerari gradum solum bonitatis quam obiectum in se habet, nisi comparatur ad contrarium cui opponitur.

3<sup>a</sup>

Non ergo debet apparere in omni obiecto bono honestas obediens, neubi nec requiritur ad operandum male, quod praecognoscatur inhonestas impediens: unde abig notitia legis propriae posset esse malum morale & peccatum: ille, etiam qui invincibiliter ignoraret Deum, furando, aut mentiendo peccaret, & offenderet Deum.

4<sup>a</sup>

Aliqui actus sunt adeo boni, ut non poterint esse mali, alii adeo mali ut non poterint esse boni: imo nullus actus bonus ex obiecto potuit eodem cum ex obiecto malus, nec e contra: nec potest esse actus bonus, nisi tendat formaliter in bonum, quia



quia bonum est: potest tamen esse actus malus, quamvis  
malitia obiecti non intendatur.

5<sup>a</sup>

Circumstantia obiectiva non dant speciem bonitatis mora-  
lis, nisi formaliter intendantur. Secus de specie malitiae,  
ad quam satis est si in circumstantia appareat nova oppo-  
silio cum regula rationis, sive illa circumstantia sit di-  
recte volita, sive indirecte: unde circumstantia scandalii  
dabit speciem, etiam si non intendatur ruina proximi, non  
tamen eandem fortasse, quam daret, si intendatur.

6<sup>a</sup>

Similiter circumstantia inobediencia dat malitiam,  
non tamen in confessione explicandam, quia probabile est  
non differre specie inobedientiam legi humanae, et legi divinae,  
qua semper subintelligitur in peccatis mortalibus. Cir-  
cumstantia ingratitude rari explicari debet, quia rari  
quoniam obligationi graui circa benefactorem.

7<sup>a</sup>

Circumstantia generales dicuntur aliqua, non quia non dant  
malitiam, sed quia non dant speciem a totam, eo quod repe-  
riantur in omnibus peccatis regulariter loquendo, et ideo non  
explicantur in confessione, inobediencia erga Deum, irreligi-  
grositas, ingratitude, et alia similes, quia semper intelligen-  
tur esse in peccatis, licet non semper distincte obiciantur,  
sed valde confuse.

8<sup>a</sup>

Quando circumstantia non est directe, aut indirecte voli-  
ta non semper refundit malitiam. Hinc excusatur  
delectatio de eui carnum in ore verum, quia per delectatio-  
nem simplicem nullo modo est volita circumstantia: alia est  
de gaudio absoluto, aut de desiderio, nisi forte desideraretur solum  
aut placeret absolute eius carnum absq; prohibitionis memoria  
factus,



64  
factus, tunc enim praesumitur etiam ex parte obiecti mali-  
tia obiectiva.

9a

Possunt actus voluntatis imperari per aliam voluntatem abso-  
lutam: sic una virtus imperat actus ceteros alterius virtutis,  
& communitas illis extrinsecam suam bonitatem: cum hoc ta-  
men fiat, posse actum imperatum habere libertatem, & mora-  
litatem formalem sibi propriam. Unde poterit aliquis actus  
esse, in se bonus, & honestus, licet denominatus, parte ipse  
malitiam extrinsecam ab actu imperante malo.

10.

Ut unus actus particeps honestatem ab alio, non sufficit esse  
obiectum, nisi sit etiam simul effectus illius: quare, nec suf-  
ficit relatio aliqua habitualis, sed universalis operum sequen-  
tium in finem bonum, nisi sit etiam relatio virtualis.

11.

Malitia radicalis semper completur per positivam contumaciam  
actus mali: malitia vero formalis, & ultima per privatio-  
nem rectitudinis debite: debita, inquam, proprie, respectu  
potentiae, cui proprie debetur rectitudo opposita, minus autem  
proprie respectu ipsius actus. Neutrius malitia. Deus est  
causa simpliciter, & absolute, nec moralis, nec physica, potest  
tamen dici causa permissiva, causa indifferens, causare ma-  
terialiter, per accidens, & in aliquo sensu causa rationis com-  
munis, & generica, quae est in actu.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

49

First main paragraph of handwritten text, containing several lines of script.

50

Second main paragraph of handwritten text, continuing the script from the previous page.